



A.

fol. 113-23. 25. 27-31. 34-35. 37-38.
40-42. 44-50. 52-53. 55-57. 59.

18

ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR
IOANNES IOACHIMVS
LANGIVS,

MATHEMATVM PROFESSOR. ORDINARIVS, ACAD. CAESAR.
NAT. CVRIOS. ET REG. SOC. BORVSS. SCIENT. SODALIS,

^{VNA CVM}
CANCELLARIO, DIRECTORE
ET
PROFESSORIBVS RELIQVIS,

CHRISTVM FILIVM HOMINIS

IN MATERIAM

NATALITIAE

MEDITATIONIS

CIVIBVS ACADEMICIS
HVMANISSIME COMMENDAT.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS HENDELIANIS.

Vico, in I. C. Wolffii Curis criticis ad Hebr. X, 11. allegari Gallardi Specimen Quaestionum in Nov.
Test. De Filio hominis. Proterea Henmannus, A9 1790 XL. nomine Praeceptoris et Se-
 natus Academia Göttingensis scripsit Programmata natalitium, in quo soluit quaestionem,
 Cur Filius Dei per frequenter se appellavit Filium hominis. Lendat in eo hanc meam
 descriptionem plus vice simpliciter, putat h. se operante, Christum esse se Filium hominis
 vocasse per mimesin, quod is ego quem Iudaei indoctes Filium hominis appellabant,
 et ob sine persona humilitatem contemunt. Nec tibi mihi omnino persuadet, quin etiam,
 nunc adque tam in illa huius appellationis causa, quam S. X. exposui.

Im 20h Stück des Göttinger Jahrbuch für Theologie und Philosophie von
 Moritz Wittenberg n. 11. inuenit. Joh. Christoph Wittenberg, Ludwig zu Göttingen,
 Buchhändler in der Stra. in N. d. so genannten Conventing Christi, des
 Manschen Hofes.

CHRISTUM FILIUM HOMINIS
 IN MATERIAM
 NATALITIAE
 MEDITATIONIS
 CIVIBUS ACADEMICIS
 HUMANISSIME COMMENDAT
 KARNE MAGDENBURGICAE
 LITTERIS HENDLIANIS



§. I.

Quod bene vertat Deus, CIVES ornatissimi, recurrit iam lætum illud ac salutare tempus, quod recolendæ natiuitati Christi, ceu æterni illius ac substantialis Verbi, ex Maria virgine, in ecclesia christiana sacrum est. Dum igitur in eo sumus, vt, ex laudabili more in Academiis recepto, Vobis ad reputandum digneque celebrandum hoc ἐνταξινώσεως Christi beneficium publica scriptione præeamus; nihil, quod ab hoc instituto & scopo alienum sit, committere videbimur, si Salvatore hunc nostrum vt FILIUM HOMINIS Vobis pie meditando proposuerimus. Est enim hic titulus ille, quem Christus ipse, vbi in Euangelistarum scriptis loquens inducitur, toties totiesque velut proprium sibi nomen fecit, vocans se τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, non indefinite *eines menschen Sohn*, sed definite & cum articulo, *des menschen Sohn*, vel *den Menschen-Sohn*. Loca, si scire cupitis, in quatuor Euangeliis ultra octoginta sunt, eaque ita comparata, vt alium, quam Christum, sub hoc nomine designent neminem: apud MATTHÆVM c. VIII, 20. c. IX, 6. c. X, 23. c. XI, 19. c. XII, 8. 32. 40. c. XIII, 37. 41. c. XVI, 27. 28. c. XVII, 9. 12. 22. c. XVIII, 11. c. XIX, 28. c. XX, 18. 28. c. XXIV, 27. 30. 37. 39. 44. c. XXV, 13. 31. c. XXVI, 2. 24. 45. 64. apud MARCV M vero c. II, 10. 28. c. VIII, 31. 38. c. IX, 9. 12. 31. c. X, 33. 45. c. XIII, 26. c. XIV, 21. 41. 62. neque minus apud IVCAM, ceteris Euangelistis alias ἑξωνικότερον, c. V, 24. c. VI, 5. 22. c. VII, 34. c. IX, 22. 26. 44. 56. 58. c. XI, 30. c. XII, 8. 10. 40. c. XVII, 22. 24. 26. 30. c. XVIII, 8. 31. c. XIX, 10. c. XXI, 27. 36. c. XXII, 22. 48. 69. c. XXIV, 7. ac denique apud IOANNEM, τὸν ἐπιστήμιον, c. I, 52. c. III, 13. 14. c. VI, 27. 53. 62. c. VIII, 28. c. XII, 23. 34. c. XIII, 31. Accedit his omnibus Act. VII, 56. vbi protomartyr noui Testamenti Stephanus, *Video*, inquit, *caelos apertos, & Filium hominis* (τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, itidem definite) *stantem a dextris Dei*. Videtis vel ex ipsa multitudine exemplorum, nomen hoc, vt Christo ipsi in deliciis fuisse, sic vestram mereri, CIVES, attentionem.

§. II. Et vero in allegatis his locis omnibus per FILIVM HO-
 MINIS certam ac determinatam designari personam, id inde liquet,
 quod nomini isti ubique in textu Græco articulus adiectus est, ὁ
 υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, perinde ac in Germanica B. Lutheri versione, *des*
Menschen Sohn, siue, vt pressius forte verteretur, *der Sohn des Men-*
schen, der Menschen-Sohn: vt pote quo innuitur, non de quocunque
filio hominis sermonem esse, sed de illo demum, cui nomen illud e-
 minenter & antonomastice tribuendum sit. Liquet id porro ex
 certis accidentibus atque phænomenis circa hoc nomen occuren-
 tibus; verbi gratia, quod *Filius hominis* cum *Ioanne Baptista* coor-
 dinatur, tanquam indiuiduum Subiectum cum indiuiduo, Matth.
 XI, 19. & c. XVII, 12. & quod idem distinguitur a *Filiis regni gratiæ*,
 & ab *Angelis* eius, opponiturque *Diabolo & filiis eius*, c. XIII, 37. Esse
 hunc autem non alium, quam dulcissimum nostrum Seruatorem,
 dubitare nemo potest, qui quæ de FILIO HOMINIS in locis §. I.
 allegatis dicuntur, vel mediocri attentione considerauerit, & cano-
 nis hermeneutici, quo *talìa sunt Subiecta, qualia permittuntur esse*
a suis Prædicatis, memor fuerit. Consideremus modo hæc loca:
 Matth. VIII, 20. *Vulpes foveas habent, -- Filius autem hominis non*
habet, ubi caput reclinet; c. X, 23. *Non absolueris prædicatione Eu-*
angelii ciuitates Israelis, donec veniat, ad supplicium de Iudæis re-
 fractariis sumendum, *Filius hominis*; c. XII, 40. *Sicut fuit Ionas in*
ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in
corde terræ tribus diebus & tribus noctibus; c. XIII, 41. *Mittere Filius*
hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & o-
mnès qui faciunt iniquitatem; c. XVI, 27. *Filius hominis veniet in*
gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum
opera eius; c. XVII, 22. 23. *Filius hominis tradetur in manus homi-*
num, & occident eum, & tertio die resurget; c. XVIII, 11. *Venit Fi-*
lius hominis ad saluandum quod perit; c. XIX, 28. *Cum sederit Filius*
hominis in throno maiestatis suæ, sedebitis & vos in duodecim thronis,
iudicantes duodecim tribus Israelis; c. XX, 18. *Filius hominis trade-*
tur principibus sacerdotum, cet. ibidemque v. 28. Filius hominis non
venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam pretium redem-
tionis pro multis; c. XXIV, 27. *Sicut fulgur exit ab Oriente cet. ita*
erit

erit & aduentus Filii hominis; v. 30. 31. Tunc adparebit signum Filii hominis in caelo cet. c. XXV, 31. 32. Cum venerit Filius hominis in maiestare sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit cet. c. XXVI, 64. A nunc videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Ceterorum Euangelistarum loca compendii causa lubenter nunc praetermittimus, cum haec haecenus ex solo Matthæo adlata rem nostram penitus conficiant. Vniuersæ autem istæ propositiones, ex ore ipsius Christi profectæ, forent (quod tamen a blasphemia absit!) falsissimæ, siquidem in illis de homine quocumque ac generatim sermo esset: quemadmodum contra, si determinate de persona Christi (vt debent) capiantur, propositiones sunt verissimæ, ita vt Subiectum Prædicatis, & Prædicatum vicissim Subiecto conueniant, & conuerti omnes salua earum veritate queant.

§. III. Quod Christus, cum *Filium hominis* definite & cum addito articulo Græco loquitur, non alium quam seipsum designauerit, id hinc quoque intelligitur, quod in eodem orationis contextu *Filius hominis*, & Pronomen primæ personæ *Ego*, tanquam æquipollentia, heic illic alternant. Vt Matth. XXVI, 23. *Qui inringit mecum manum in paropside, hic ME tradet*; pro quo dicitur v. 24. *Væ homini illi, per quem FILIVS HOMINIS tradetur*. Item v. 45. *Ecce, adpropinquauit hora, & FILIVS HOMINIS tradetur in manus peccatorum*; pro quo dicitur v. 46. *Ecce, adpropinquauit qui ME tradet*. Sic Marc. VIII, 38. *Quem puduerit MEI, verborumque meorum, eius & FILIVM HOMINIS pudebit*: Ioann. VI, 53. *Nisi manducaueritis carnem FILII HOMINIS, - - non habebitis vitam in vobis*; quod v. 54. sic effertur: *Qui manducat MEAM carnem, - - habet vitam æternam*. Quod Christus Ioann. XII, 32. dixerat, *Et EGO si exaltatus fuero a terra, id excipiens populus v. 34. Quomodo, inquit, tu dicis: Oportet exaltari (in crucem tolli) FILIVM HOMINIS? quis est iste FILIVS HOMINIS?* Nempe, quia Christus in verbis illic proxime antegressis, quæ Iudæos maxime offenderant, de se quidem in prima persona locutus erat, *Ego*; at superius v. 23. in tertia persona, *Venit hora, vt glorificetur Filius hominis*: igitur siue ex ipsius Christi sermonibus, siue ex locis, quibus-

dam veteris Instrumenti, postmodum a nobis citandis, intellexerant Iudæi, siue de se loquens *Ego* dicat Iesus, siue *Filius hominis*, id ei perinde esse; quin æquipollere inuicem τὸν Χριστόν, id est, *Messiam*, & *Filium hominis*: ideoque *Quis*, inquit, *est iste Filius hominis?* velut dicerent: Tu, qui Christum seu Messiam te, & tamen moriturum esse, quin exaltandum crucique suffigendum adseris, alium plane pingere nobis videris Messiam, quam qualem nos ex factis Scripturis concepimus. Denique Lucas, quum Stephanum narrasset *gloriam Dei vidisse*, & *IESUM stantem a dextris Dei*, Act. VII, 55. idem mox propriis ipsius Stephani verbis sic refert v. 56. *Ecce, video celos apertos*, & *FILIVM HOMINIS stantem a dextris Dei*. Cum autem Stephanus in tota ista oratione sua, quantumuis longa, expressam Iesu mentionem nullam fecisset, & tamen, abrupto nunc sermone ipsius, *Filium hominis* in Synedrio nominans, non alium intellexerit, ac intelligi voluerit, quam Iesum, seu verum Messiam; hinc denuo confit, non Stephano solum, sed etiam, Iudæorum Synedris certum fuisse, ac exploratum, *Filium hominis*, eminenter & cum articulo nominatum, alium non esse, quam Iesum, quam Messiam, quam Christum: vt si diceretur ille, hic intelligeretur protinus.

§ IV. Hæc cum ita se habeant, vt diximus, quæritur ergo, qualenam sit hoc nomen, *Filius hominis*, *des Menschen Sohn*, vel *der Menschen-Sohn*, quod Christus veluti proprium sibi adsciuit? Inprimis cum id neque Latinis neque Germanis natiuum, sed ex factis demum Scripturis cum religione in has linguas nostras, velut extraneum, saltē hoc specialiore vsu, sit transfusum. Hebraisum esse, idemque valere ac *hominem*, auctores propemodum omnes consentiunt. Et negari omnino nequit, esse hoc Hebræis solemne, vt *hominem* vnum בן אדם, *filium hominis*, plures vero *homines* בני אדם *filios hominis*, seu *hominum*, adpellitent. Quoties enim quisque est, qui non meminere, Ezechielem prophetam, quoties a Deo compellatur, toties hoc nomine vocari, בן אדם; *Fili hominis*, *du Menschen Sohn*, siue vt B. Lutherus illic vertere solet, *du Menschen-Kind*? Videantur loca Ezech. II, 1. 3. 6. 8. c. III, 1. 3. 4. 10. 17. c. III, 25. c. IV, 1. 16. & alia longe plurima, quæ exscribere super-

superfedemus. Nec vero loquutio hæc Ezechieli forte propria fuit, sed communis illa scriptorum sacrorum pluribus; Mosi Num. XXXIII, 19. Deut. XXXII, 8. Iobo c. XVI, 2 r. c. XXV, 6. Davidi Ps. XI, 4. Ps. XII, 2. Salomoni Prou. VIII, 4. 3 I. c. XV, 11. Esaïæ c. LI, 12. c. LII, 15. Ieremiæ c. XXXII, 19. c. XLIX, 18. Ioel c. I, 12. Michææ c. V, 7.

§. V. Cum nomen *Filii hominis* ex Hebræo אֱרֹם בֶן ; & ad instar eius, efformatum sit, ambigi quidem poterat, sitne illud אֱרֹם בֶן conuertendum adpellatiue, *Filius hominis*, an vt proprium, *filius Adami*; quia אֱרֹם & *hominem* notare potest, & hominum omnium primum *Adamum*: sed conciliari sententia vna eum altera facile potest. Vtique אֱרֹם adpellatiue capitur Gen. I, 26. *Faciamus HOMINEM ad imaginem & similitudinem nostram*; & v. 27. *Creauit Deus HOMINEM ad imaginem suam, - - marem & feminam creauit illos*: quia si Moses *Adamum* solum, non vero totam *hominum* speciem heic designare voluisset, non dicturus fuisset *eos*, pluraliter, neque *marem & feminam*, cum adiecta distinctione sexuum. Contra vt proprium capitur Gen. II, 22. *Aedificauit Dominus Deus costam, quam sumserat de ADAMO, in mulierem*; & c. V, 3. *Vixit ADAM centum triginta annis* cet. Proprii nominis qualitatem vox אֱרֹם induit ex antonomasia, quod *Adamus*, cum hominum omnium fuisset primus, idemque pater totius hominum generis, *homo* eminenter & אֱרֹם בֶן fuerit adpellatus. Vnde non peccauit *Adamus Reusnerus*, qui in versione vernacula Psalmorum, nouiter a se adornata, אֱרֹם בֶן & אֱרֹם בֶן reddidit *Adams-Kind & Adams-Kinder*; nec peccauit paraphrastes Chaldæus *Ionosban*, qui, quoties illud אֱרֹם בֶן apud Ezechielem occurrit, toties illud non בר נש vel בר אֱרֹם *filium hominis*, quod Chaldæis alias tritissimum est, sed בר אֱרֹם *filium Adami* vertit: quia omnis *filius hominis*, id est, homo ex

homine genitus, vna *filius Adami* est, ceu primi omnium hominum patris. Succinunt Arabes, qui non solum in scriptis sacris Iudeorum & Christianorum Arabicis, nec solum in *Corano Muhammedis*, verum etiam in ipsius *Locmani* antiquioris scriptoris fabulis, ad *Iac. Golio* editis p. 9. *homines* pari modo אֱרֹם בֶן *filius Adami*

v. g. Sur. XXXVI, 60.
یا بنی آدم • *Filius Adami*

verbulis, ad *Iac. Golio* editis p. 9. *homines* pari modo אֱרֹם בֶן *filius Adami*, Vulg. *filius Adami*, Ar. *بنی آدم*.

Adami vocant. Et potest hic Arabum contentus vtiliter adhiberi ad illustrandam veritatem magni momenti, quam Moses in Genesi sua plenius narravit, strictim vero Paulus Atheniensibus proposuit Act. XVII, 26. *Fecit Deus ex VNO Adamo omne genus hominum habitare super omnem faciem terræ.* Habet utique Nomen אדם hoc singulare, vt licet in se & ex prima sua origine, commune sit, tamen propriorum Nominum idiomata sic imitetur, vt neque constructionem per regimen patiat, neque Pluralem Numerum. Nec enim vnquam reperies, vti אדם אדם *vir iniquitatis*, ita quoque אדם אדם *homo iniquitatis*, aut simile quid: nec, vti אדם אדם vel אדם אדם *viri*, ita & אדם אדם *homines*, sed potius huius loco אדם בני *filios hominis*. At tamen אדם בן recte omnino faciunt, qui *filium hominis* potius, quam *Adami*, vertunt: quia *homo* etiam אדם בן, aut, vbi originalis textus Chaldaicus est, בר נש, & *homines* בני אדם, quæ aliter quam adpellatiue, *filium & filios hominis*, vertere non licet, ανθρωπος adpellantur, P. CXLIV, 3. Dan. II, 29. c. VII, 12. Suffragantur Chaldæi, Syri, Arabes, quorum hi *hominem* pariter אדם אדם, illi vero & isti simili modo בר נש *filium hominis*, & pluraliter בני אדם *filios hominis* vsitatissime vocant. Ex quo intelligitur, etiam noui Testamenti scriptores sacros, quum vel *Christum*, vel *homines* quoscunque, *filium* vel *filios*, non *Adami*, sed *hominis* vel *hominum*, nominarunt, nihil commississe, quod ab Hebræi sermonis indole fuerit alienum.

§. VI. Sed hic noua exsurgit quæstio, annon igitur, si *Filius hominis* per Hebraismum idem cum *homine* sit, *B. Lurberus* id reddere debuerit, non *des Menschen Sohn*, sed simpliciter *der Mensch*? Verum militat hac in parte pro *Luthero*, & eius versione, vniuersalis metaphrastarum, tum orientalium tum occidentalium, tum veterum tum recentiorum, vniuersis consensus: nulla enim versionum noui Testamenti, quod nos quidem meminerimus, illud ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου aliter quam *Filium hominis* vertit. Exigit hanc versionem ipsa stili sacri δεινότης, quæ *hominem & filium hominis* alicubi distinguit: vt P. VIII, 5. & Hebr. II, 6. *Quid est homo, quod eius reminisceris, AVT filius hominis, quod visitas eum?* vbi si vtrum.

utrumque redderetur *der Mensch*, sane vis disiunctivæ Particulæ *aut* multo fieret languidior. Plane vero Lutherum a culpa absol-
vunt ipsi Scriptores *θεόπνευστοι* novi fœderis, qui licet Græce scri-
pserint, tamen hanc locutionem Hebraicam, *Filius hominis*, non
minus in Græca oratione, quam Lutherus in versione vernacula,
retinuerunt: quibus proin, si Lutherus reprehenderetur, dica non
minus scribenda foret.

§. VII. Causas nunc dispiciamus, cur amatissimus Serua-
tor, cuius natalitia pie nobis celebranda sunt, in locis illis §. I. alle-
gatis se *Filium hominis* maluerit, quam *hominem* simpliciter vocare.
Ac primo quidem fuerunt, qui Christum putauerunt sic esse voca-
tum, quod esset *filius* vnus tantum *hominis*, Mariæ, ceteri vero *filiū*
potius *hominum*. Sed hi tantum abest, vt comparate ceteris fue-
rint rationabiliores, vt vel vna hac ratione, quam *Theod. Beza* ad
Matth. XX. 8. aduersus eos vrsit, facile refellantur, quod & Eze-
chielem (vt alios taceamus) eodem nomine sæpe vocat Spiritus
Dei. Nec iuvat color ex Germanici sermonis analogia inductus,
quod *mulier* sæpe vocetur *Mensch*, & hoc ipsum Nomen idem va-
lere videatur quod *männisch*, *ex viro facta*. Nam si vel maxime
hæc etymologia, quam nunc in medio relinquimus, firmo stare-
talo; tamen illa neque Hebræo אָדָם , neque Græco ἀνθρώπος ,
cui *Mensch* in nomine *des Menschen Sobn* respondet, aptari potest.
Præterea vernaculum *das Mensch*, si *feminam* notare inprimis de-
bet, non nisi neutro effertur genere: at Hebræum אָדָם & Gr.
 ὁ ἀνθρώπος , *hominem* vtriusque sexus, siue marem siue feminam,
dicit; si *feminam* significare isto vocabulo Græci velint, feminino
id efferunt genere ἡ ἀνθρώπου . Hoc sensu igitur Christus dicen-
dus fuisset *filius*, non τῆς ἀνθρώπου , quod tamen sit perpetuo, sed τῆς
 ἀνθρώπου . Cur vero, hunc sensum si intendisset, non potius τὸν
 υἱὸν τῆς γυναικὸς , aut τῆς παρθένου , notioribus vocabulis adpellare
se maluisset? Igitur quanquam res ipsa certa sit, quam *Esaias* c.
VII, 14. prædixit, *Ecce, Virgo concipiet, & pariet filium*; tamen
per nomen *Filii hominis* sub hoc specialiore respectu neuiquam
intenta est.

B

§. VIII.

§. VIII. Ergone *Filius hominis*, si quis de tertia persona loquatur, *hominem* quidem notabit simpliciter; sin vero de se ipso quis dicat, *impersonalem locutionem* faciet, perinde atque vernaculum *man*, a Nomine *Mann vir* (vt viderur) deductum? & hoc ita quidem, vt quisque etiam de se loquens, pro *ego hoc faciam*, impersonaliter queat dicere: *man wird dieses thun?* Sed reputemus primo, quam id adfectatum, quamque coactum esset futurum, si quis de se ipso loquens illud impersonale *man*, loco Pronominis *ego*, vbique & continuo creparet: vti tamen faceret Christus, si quidem *Filius hominis* impersonali *man* æquipolleret. Dein faciamus periculum, & in locis singulis supra §. I. adductis, in vernacula versione pro *des Menschen Sohn* substituamus *man*: sentiemus vero, quam parum apta sit illorum locorum non paucis ista impersonalis locutionis nota. Vt Matth. XII, 32. & Luc. XII, 10. *Quisquis locutus fuerit verbum contra Filium hominis*; Luc. XVII, 22. *Venient dies, cum desiderabitis videre unum diem Filii hominis*; c. XXI, 27. *Videbunt Filium hominis venientem in nube*; v. 36. *Stare coram Filio hominis*; & quæ his similia sunt exempla, Ioann. I, 52. c. III, 13. c. VI, 53. c. VIII, 28. priuatim euoluenda. Tum vero, si hypothesis modo adlata admitteretur, perdifficile esset futurum, rationem excogitare, quare Christus solus isto loquendi idiomate esset vsus, nec præter eum quisquam alius illorum, qui in toto Codice tum veteris tum noui instrumenti loquentes inducuntur. Denique hypothesis ista de impersonali vsu huius locutionis, *Filius hominis*, hoc habet incommodi, quod secundum eam Christus non definite $\delta \upsilon \acute{\iota} \delta \varsigma \tau \tilde{\epsilon} \alpha \nu \theta \rho \omega \pi \alpha \varsigma$, sed indefinite $\upsilon \acute{\iota} \delta \varsigma \alpha \nu \theta \rho \omega \pi \alpha \varsigma$ dicere debuisset: plane vt Hebræi Nomine וְיָהוֹשֻׁעַ *vir*, sine Articulo, vtuntur, & Germani non definite *der Mann*, sed indefinite *ein Mann*, vel, quod longe fit frequentius, sine vilo Articulo *man* dicunt.

§. IX. Omnino inter definitum $\delta \upsilon \acute{\iota} \delta \varsigma \tau \tilde{\epsilon} \alpha \nu \theta \rho \omega \pi \alpha \varsigma$, *der Menschen Sohn* vel *des Menschen Sohn*, cum Articulo, & in Singulari Numero, (Plurale enim $\delta \iota \upsilon \acute{\iota} \delta \iota \tau \tilde{\omega} \nu \alpha \nu \theta \rho \omega \pi \omega \nu$, quod bis legitur in N. Test. Marc. III, 28. & Eph. III, 5. huc non pertinet) & inter indefinitum $\upsilon \acute{\iota} \delta \varsigma \alpha \nu \theta \rho \omega \pi \alpha \varsigma$, ingens discrimen est: quo obseruato, rectius intel-

intelliguntur loca dubia. Nam uti perperam ageret, qui loca Matth. XII, 8. Marc. II, 28. & Luc. VI, 5. *Dominus est Filius hominis* (ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου) etiam Sabbati, de alio quam Christo explicaret; ita non minus peccaret, qui, ubi υἱὸς ἀνθρώπου Articulo caret, nomen illud Christo, cum exclusione reliquorum hominum, velut proprium vindicare præsumeret: ut Ioann. V, 27. *Pater cælestis Filio suo dedit potestatem etiam iudicii faciendi; quoniam υἱὸς ἀνθρώπου filius hominis est; non, weil er des Menschen Sohn, vel des Menschen Sohn, hoc est, promissus a Deo Messias, cui Daniel c. VII, 12. 13. summum in vniuersa imperium prædixit, sed potius, weil er ein Sohn eines Menschen, vel eines Menschen Sohn ist, nempe humana natura præditus.* Verba enim ista rationem inuoluunt, tum *dicti*, tum *rei: dicti*, quare dixerit, Patrem hanc potestatem Christo *dedisse*, nempe quia Christus, qua homo, potestatem hanc summam non ex se, sed in vnione personali ex Patre habeat; *rei* vero, quare Pater Filio potius dederit, quam vel ipse sibi, vel Spiritui sancto potestatem istam habendi iudicii reseruauerit. Videlicet (ut verbis Io. Pearsonii in Notis ad Symbol. Apostol. p. 525. utamur) *non adfertur ut absoluta ratio in sese, sed respectu Dei personarumue Trinitatis. Pater non iudicaturus est, neque Spiritus S. quod hæc duæ personæ tantum sint Deus; sed omne iudicium traditum est Deo Filio, quia est simul filius hominis.* Pari modo se res habet de Ebr. II, 6. *Testatus est aliquis alicubi: Quid est homo, (ἄνθρωπος, non der Mensch, sed indefinite ein Mensch) quod reminisceris eius, aut filius hominis, (υἱὸς ἀνθρώπου, non der, sed eines Menschen Sohn) quod uisitas eum?* Quamuis enim qui hæc testatus est Ps. VIII, 5. haud dubie sit ipse Messias, tamen is respectu futuræ, & postmodum factæ ἐναρρωτήσεως, se voluit *hominem & hominis filium*, ut sunt alii homines hominumque filii, indefinita locutione adpellare. Sic & Ioannes Apoc. I, 13. & c. XIV, 14. perinde ac olim Daniel c. VII, 13. vidit ἄριστον υἱὸν ἀνθρώπου *similem filio hominis*, nempe Christum. Hic vero similis est non sibi ipsi, (nemo enim sibi met adsumilatur,) sed homini, seu filio hominis, indefinite dicto. Vnde Lutherus recte *der gleich war eines Menschen Sohn.*

B 2

§. X.

q. d. quis est in
 Mat. 11. - hinc et
 ut Christus Sohn
 qualis ego sum?

§. X. Ut autem remouimus duas huius Nominis, de quo quæritur, rationes, vnam §. VII. alteram §. VIII. ita nunc poscit ordo, vt veriorem rationem adstruamus. Et diffiteri quidem non possumus, eam nobis probari sententiam, quam & Patres ecclesiæ & plerique Doctorum nostrorum huc vsque tenuerunt: Christum *Filium hominis* adpetum esse, tum respectu naturæ humanæ, quam in plenitudine temporis adsumsit, tum respectu promissionum diuinarum, quæ eam in rem ab omni retro tempore præcesserant: non exclusâ humilitate Christi, ex qua *Filius hominis* a debiliore natura, eaque multis & magnis infirmitatibus obnoxia frequentius, quam a Deitate, vocari maluit. Quod si *Filius hominis* & *Homo* per Hebraismum coincidunt, vt inter auctores prope modum omnes conuenit, quis dubitauerit igitur, quin qui *Filium hominis* se nominat, hoc ipso naturæ humanæ participationem designet? At tamen cum Christus se non indefinite *ידן אדם* *einen Menschen Sohn*, sed definite *רבי ידן רב אדם* *den Menschen-Sohn* adpellitauerit, & hunc titulum velut proprium nomen sibi imposuerit, hoc ipso prodidit, ei hoc nomen eo competere significatu & sensu, quo nulli ceterorum hominum competere possit, eminenti videlicet & antonomastico. Innuit enim, se excellentissimam illam esse personam, de qua inde a mundi primordiis vsque ad eius *יואדאמות* tot antegressæ extiterint diuinæ prædictiones: vt de *Semine illo mulieris, caput serpentis contrituro* Gen. III, 15. de *Semine Abrahami, in quo benedictura sibi essent omnes terrarum gentes* c. XXIII, 18. de *Filio nascituro ex virgine* Esa. VII, 14. c. IX, 5. de *Ramo ex trunco Iseï, & Surculo ex radicibus eius prodituro* c. XI, 1. de *Germine iusto, & iustitia* Ier. XXIII, 5. c. XXXIII, 15. Nominatim vero respexit ad illa veteris Testamenti oracula, quæ Messiam diserte vt *Filium hominis* cecinerunt, v. g. Pl. VIII, 5. *Quid est homo, quod reminisceris eius, aut filius hominis, quod visitas eum?* Pl. XXX, 18. *Sit manus tua super Virum dexterae tuae, super Filium hominis quem firmasti tibi;* & Dan. VII, 13. *Cum nubibus caeli venit aliquis velut filius hominis.* Quæ loca quin de Messia agant, dubitare nos non sinit parallelismus Ebr. II, 6. Pl. CX, 1. & Apoc. I, 13. c. XIV, 14. Proin-

Proinde *Filius hominis* tam eminenti sensu de Christo dicitur, uti Rom. V, 15. celebratur gratia $\eta\tau\epsilon\ \epsilon\upsilon\delta\omicron\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\ \iota\eta\tau\epsilon\ \chi\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon\iota\upsilon\varsigma\ \upsilon\upsilon\iota\upsilon\varsigma\ \text{hominis Iesu Christi}$, & 1 Tim. II, 5. *unus mediator Deum inrer & homines, homo Iesus Christus*, ac denique 1 Cor. XV, 47. *Primus homo ex terra, pulvereus, alter homo, Dominus de caelo*. Sed & ad humilitatem Christi hunc eius spectare titulum, facile intelligemus, si reputemus illud Phil. II, 6. 7. 8. de Salvatore nostro dictum: *In forma Dei existens - se ipsum exinaniuit, formam serui adsumens, in similitudine hominum factus, & schemate inuentus ut homo, humiliavit seipsum.*

§. XI. Ut autem eiusdem Nominis vis plenius, quam forte huc vsque factum est, intelligatur, reputate, Nobilissimi Ciues, *Hominem & Filium hominis* non esse prorsus & ex omni respectu synonyma. Quemadmodum enim differunt inuicem Aet. XXIII, 6. *Ego Pharisaeus sum, filius Pharisaei*; Amos VII, 14. *Non propheta sum ego, nec filius prophetae*; Psal. LXXXVI, 16. *Da robur tuum seruo tuo, & fac salutem filio ancillae tuae*; Psal. CXVI, 16. *Ego sum seruus tuus, sum, inquam, seruus tuus, filius ancillae tuae*; ac denique Aet. XXII, 28. *Ego ingenti pretio ciuitatem hanc (ut ciuis Romanus essem) emi, & Ego vero etiam natus sum ciuis Romanus*: ita quoque inuicem differunt *homo & filius hominis*. Nempe generatim *Pharisaeus* vocabatur quisquis istam sectam profitebatur, *filius vero Pharisaei* non alius, quam qui patrem habuerat Pharisaeum; *Propheta* erat quisquis a Deo ad uaticinandum immediate missus fuerat, at *filius prophetae* is demum, cuius pater eodem munere functus erat; *seruus* adpellabatur hero ad seruitutem quocunque modo mancipatus, at *filius ancillae* non alius, quam verna, seu seruus natus; *ciuis Romanus*, quisquis in ciuium Romanorum numero erat, *natus vero ciuis Romanus* ille solum, cuius maiores, aut saltem pater, eodem iure usi fuerant. בן אדם *homo* generatim dicitur, in quo est natura humana; at בן אדם *filius hominis* speciatim is, in quo natura humana per natiuitatem ex alio propagata. Adamus, cui humana natura primitus concreata, fuit quidem *homo* simpliciter, at

* Sic Paulus Phil. 3, 5. *se uocal Hebraeum ex Hebraeis, i. e. gentem non minus quam religione talem; op. posite ad Hebraeum profolytum. Salomo item Ps. 72, 1. Deus, inquit, iudicia tua Regi dacia tua Regi dacia et iustitiam tuam Filio Regis, inueno, Christum potest de quo Psal. filius mus ille litteralis.*

B 3

legatis non Regem solum, sed etiam Regis filium, d. e. natum regem esse, coll. Ioh. 8, 27. *בַּבְּיָדָיו* equi $\epsilon\iota\omega\ \epsilon\iota\omega\ \epsilon\iota\omega\ \epsilon\iota\omega$ *Quis rex in Constantinopolitani Imperii historia* *נוכח* *אpellari solet, in monetae vero (quarum exemplum apud Cl. Jo. Loach. Langrum vidi) السلطان بن السلطان Sultani filius Sultani.*

hem Ebraeus (im)
piter, et Conq
a Ebraeis Phil.
s. Rex impi
ter, et Rex fi
us Regis Ps. 72
Vnde priore
c. Syrus An
Li
Ebraea
filius Ebraeorum



cognita, aut huc abiens a suis ^{עברת מאמר אינן זכור} ^{עובתא פיליוס עובוליו}, apud ^{גוליוס} ^{מז}
 Tex. Arab: col. 1472. Apud ^{תלמוד} ^{דאודא פארא פ. 50. b.} ^{וגר ופריקונא} ^{מנה לא נגר ולא בר נגר}

^{פיליוס הומוניס דחי נון פוטוויט, קווא חומאניטא עק איליו, עוקו פרו}
^{הומוניס, אין עום פרופאגאטא נון עסט: רעליקי ורו מורטאלס אין}
^{וניוורסום, וט הומוניס, סיכ פיליוס הומוניום אקו דחי פוללונט. ונ}
^{דע פרוכל דוביו אודאודא פומיסיט סירוס נואו טסטאמנטי אינרפרס,}
^{דום 1 Cor. XV, 45-47. אדאמום איפסום וואוויט}
^{ברנשא קרומי}
 etiam si contradictio, ^{פיליוס הומוניס פרימוס; פרו קו דערע דעביטט סימפלי}

nera. ^{הומוניום פרימום, אד עקמפלום אלטריוס אינרפרטיס סי}
^{רי, קוי V. טסטאמנטום קונוורטיט, קויעק גענעס. I, 26. וברא}
^{הומוניום, נון, פאציאמוס פיליוס הומוניס, סד הומוניום סימ}
^{פליכטר, אדקו רעכט רעדדיט. איללוד ורו אודאודא פון נון מינוס עסט,}
^{קאם סי קויס עק עו, קווד אסראליתי אונס פיליוס אסראליתי אדפוללונט}
^{אודא, איפסום קווקו פאמיליא קונדיטורעם אכובום פיליוס אסראליתי}
^{ווארו פראסומערט. אונט אינלליגערטיס, גראדאטינעם האנע עסט}
^{עום מסיאס פסל. VIII, 5. לוקענס אינדיטור, נון סולום, Quid est}
^{HOMO, quod reminisceris eius? sed etiam, & quid est FILIVS}
^{HOMINIS, quod visitas eum? & cum David dicit Psal. CXLIV,}
^{3. non modo, Domine, quid est HOMO, quod agnoueris eum? ve}
^{rum etiam, & FILIVS HOMINIS quid est, quod aestimaueris}
^{eum? Vti enim in his propositionibus Prædicata velut gradi}
^{bua ascendant, ut plus sit visitare quam reminisci, & aestimare}
^{quam agnoscere; ita quoque Subiecta quasi per gradus eleuan}
^{tur, ut plus miseriae & calamitatis dicat filius hominis, & condi}
^{tionem mortalium magis extenuet, quam homo. Proinde quod}
^{Christus Filium hominis se vocavit, hoc ipso prodidit, se non}
^{solum hominem esse simpliciter; sed etiam hominem de homine;}
^{perinde ac titulus Filii Dei eum non Deum solum, sed etiam De}
^{um de Deo, hoc est, a Patre suo genitum facit: quin eodem no}
^{mine significavit nobis, se de genere nostro, ac adeo reuera fra}
^{trēm nostrum esse; hominem, cui humana natura nequa}
^{quam, ut Adamo, recens concreta, multoque minus (quod}
^{& veterum & recentiorum aliqui vendiderunt) aeterna, sed in}
^{quem illa inde ab Adamo per Eam, matrem omnium viuenti}
^{um, (cuius semen Messias iam in verbis proteuangelii audiuit)}
^{propagata est.}

§. XII.



§. XII. Qua cum ita sint, ornatissimi CIVES, igitur eo
conuertenda nobis merito sunt, vt ante omnia reputemus, quid
hoc sit, quod nos, vti homines quique, omnes in sacris litteris, &
stilo sacro, *fili hominis* vel *hominum*, quin *fili Adami* nuncupa-
mur. Nempe si Adamus in statu imaginis diuinæ perstitisset, titu-
lus hic *filiorum Adami* gloriam multo, quam nunc est, splendido-
rem dicturus fuisset: sed, vt nunc post tristissimum lapsum Ada-
mi se res habet, idem titulus, vt communem originem omnium ab
eodem patre Adamo, sic simul labem communem, eamque vni-
uersis, eodem progenitore carnaliter satis, natiuam ac naturalem,
ratione tum culpæ tum miseræ, denotat: vt valeat heic quod
Christus dicit Ioann. III, 6. *Quod natum est ex carne, caro est, & v. 5.
Nisi quis generatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi in
regnum Dei.* Quam in rem commendamus vobis B. Macarii lo-
cum Homil. XXX. §. 8. ex versione Latina ita habentem: *Lazarus
erat typus Adami: Ceterum tu cum audieris de Adamo, de vulne-
rato, & Lazaro, ne dimittas mentem tuam velut in montem, sed in-
tus in anima tecum habita: quia tu quoque eadem vulnera, eundem
fatorem, easdem tenebras gestas. Omnes enim filii sumus illius re-
nebrosi generis, & omnes illius graueolentiæ participes sumus. Qua
igitur laborauit adfectione ille, eadem omnes, qui ex semine Adamæ
sumus, laboramus.* Vti vero titulus iste *filiorum hominis*, a parte
quidem nostri consideratus, corruptos natales dicit, indeque mi-
seriæ nostræ, reatus, & malorum multorum, quæ ex natalibus in
nos redundarunt, nos admonet, non sine pudore & probro; sic
vicissim apud animum reputate, quid idem titulus *Filii dominis*, ad
Christum relatus, inferat. Inferit nempe, si scire cupitis, com-
munem eius nobiscum stirpem ex Adamo, & naturam eum nostra
eandem: vt, *quemadmodum pueruli communicarunt carni & san-
guini, & ipse similiter participauerit eisdem* Hebr. II, 14. *Nusquam
enim angelos (eorumque naturam) adsumsit, seu adsumsisse in sa-
cris Scripturis legitur, sed semen Abrahamæ (naturam humanam ex
Abrahæ profapia) adsumsit, v. 16. 17.* Inferit item communis
idiomata, passiones, infirmitates Saluatoris nostri qua hominis: vt
qui

qui debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret cet. ibidem. Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia ad similitudinem, absque tamen peccato, c. IV, 15. Quantus vero honos, quantum decus naturæ nostræ, eum habere consortem, quin fratrem, qui simul essentialis atque æternus Dei filius! Hic, hic est ille *Filius hominis*, qui naturam nostram a sordibus reatus scdissimi natiuitatis suæ merito emundauit, & futuro in sæculo non solum redintegrabit, sed multo faciet perfectiorem. Hic est, de quo possumus potiori iure, quam Lamechus de Noacho, dicere: *Isse consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum, a terra cui maledixerat Dominus.* Agite igitur, o CIVES, ista duo inuicem his instantibus feriis comparete, ac meditationis vestræ argumentum sub piis precibus facite: habebitis eius rei fructum & in hac & in futura vita amplissimum. P. P. in Acad. Fridericiana in feriis natalitiis
A. clō lōcc xxxv.



Bla 278

ULB Halle

004 145 070

3







ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR
IOANNES IOACHIMVS
LANGIVS,

MATHEMATVM PROFESSOR. ORDINARIVS, ACAD. CAESAR.
NAT. CVRIOS. ET REG. SOC. BORVSS. SCIENT. SODALIS,

VNA CVM
CANCELLARIO, DIRECTORE
ET
PROFESSORIBVS RELIQVIS,

CHRISTVM FILIVM HOMINIS

IN MATERIAM
NATALITIAE

MEDITATIONIS
CIVIBVS ACADEMICIS
HVMANISSIME COMMENDAT.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS HENDELIANIS.